AUTHOR:

DILTHEY, KARL

TITLE:

CAROLI DILTHEYI DE EPIGRAMMATUM...

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

[1887]

Master Negative #

91-80392-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Dilthey, Karl, 1839-1907.
Caroli Diltheyi De epigrammatum Graecorum syllogis quibusdam minoribus commentatio. Gottingae, officina academica Dieterichiana, [1887]
25 p. 27 cm.

At head of title: Index scholarum ... in Academia Georgia Augusta ... 1887 habendarum.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: ______
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 12/30/91 INITIALS BJ
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

INDEX SCHOLARUM

PUBLICE ET PRIVATIM

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE AESTIVUM

A D. XV. M. APRILIS USQUE AD D. XV. M. AUGUSTI A. MDCCCLXXXVII

HABENDARUM.

Inest CAROLI DILTHEYI

de epigrammatum graecorum syllogis quibusdam minoribus commentatio.

GOTTINGAE

OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT.

WILH. FR. KAESTNER.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR
ALBERTUS RITSCHL
CUM SENATU.

F. G. Schneidewinus vir clarissimus, et huic maxime universitati nostrae, in qua professoris munus ante hos annos L susceptum, dum fata sinebant, egregie sustinuit, pie colendum nomen, rectissimo iudicio monuit et exemplo luculento in programmate academico Gottingae a. MDCCCLV emisso demonstravit, novam anthologiae epigrammatum graecae editionem qui post Iacobsium parandam susciperet, ei haud acquiescendum esse in codice Palatino usurpando et emendando, sed pervestigandos bibliothecarum thesauros esse, si quae ibi minores epigrammatum syllogae manu scriptae, quae a Planudis opere non penderent, invenirentur. cui desiderio Parisini anthologiae editores, licet utile in communem usum et acceptum opus paraverint, haud satis fecerunt. Boissonadius enim Duebnerusque et qui operam Boissonadii et Duebneri obitu interruptam perfecerunt Parisinae bibliothecae opibus non omnino neglectis lectiones quidem multas e variis codicibus Parisinis excerptas notis variorum, quae singulis anthologiae libris adiunctae sunt, interposuerunt; sed vel haec subsidia adsciscunt studio inconstanti, quae sit ratio et auctoritas codicum, quorum sigla, non ubique satis accurate adhibita, hic illic conparent, deinde longa per spatia frustra quaeruntur, minime perspicitur, scripturae vel optimae ab ipsis editoribus despectae iacent in illa congerie inutiles et paene occultae.

Gravissima vero praeter Palatinam et Planudeam anthologiam sylloge epigrammatum illa est et, si recte auguror, manebit, quam non nisi ex parte Schneidewinus publici iuris fecit in libello supra indicato, opera quidem diligenti et perutili, sed fortuna adversa, quoniam ex tribus quos equidem cognovi huius conlectionis codicibus is potissimum oblatus ei fuerat, qui et partem tantum totius coronae continet et descriptus est ex alio in eadem bibliotheca condito, qui Schneidewinum fugerat, de tertio autem usus est hominis neglegentis et imperiti testimonio fallaci. quod cum mihi ante aliquos annos Florentiae et Parisiis degenti et epigrammatum libros manu scriptos plurimos versanti constitisset, codices ambo unius librarii manu ex eodem exemplari descriptos diligenter excussi. atque eram hac oblata occasione anthologiae illius Euphemio dedicatae iam nunc notitiam plenam editurus et rationem quae ei est cum corporibus longe amplioribus Palatino et Planudeo inlustraturus, cum sero intellegebam, spatium hisce commentationibus concessum haud sufficere ei materiae recte absolvendae.

Eam syllogen, ut nunc est, excipit dignitate illa, quam Cramerus in Anecdoton Parisinorum volumine quarto evulgavit, cum lectionibus quibusdam bonis commenda-

bilem tum maxime epigrammatum veterum antea non editorum dote insignem, praeterea ob instituti rationem et necessitudinem, quae ei est cum Palatina et Planudea, cognitu utilem.

Deprompsit Cramerus coronam hanc ex codice bibliothecae nationalis suppl. n. 352, saeculi XIII, quem Omontius in *Inventaire sommaire des manuscr. du suppl. grec de la bibl. nat.* p. 42 sq. accuratius quam Cramerus p. 265 descripsit. eiusdem postea copia fuit Piccolo, qui tamen fere nihil inde contulit ad perpolienda epigrammata a Cramero edita antiquiora, de quibus agit in *Supplément à l'anthologie grecque* p. 155. denique anthologiae editores Parisini tanti non duxerunt ut eum ad carmina, quae cum Palatino et Planudeo communia habet, ipsi inspicerent, sed adhaeserunt securi exemplo Crameriano; quae vero sylloge Parisina largita erat aliunde non cognita, a duobus voluminibus adhuc publicatis excluserunt, uno tamen ex illis epigrammate disticho satis exili inconstantia insigni admisso, quod anthologiae l. IX inter ep. 721 et 722 inculcaverunt.

Quae cum ita essent, huius libri folia quattuor postrema, quibus continentur carmina vetera a Metrodori (A. P. IX 360) *παντοίην βιότοιο* etc. incipientia, contuli cum Crameri editione inde a p. 366, ubi Metrodori illud legitur. tenuerat enim specula fore ut versibus quibusdam hiantibus epigrammatum adfatim cultorum, quae e Stratonis Musa puerili olim ampliore deducta [2]) sylloge Parisina praebuerat nova, lucrarer supplementa, quae forte patienti oculorum contentione adiuncto divinandi studio e tenuioribus residuis elici possent. quam opinionem non plane destituit eventus. itaque proferam primo loco quae et legendo et coniciendo ad lacunas illas explendas in praesenti conferre posse videar.

Epigrammatis, quod est apud Cramerum p. 384, 17, hexametrorum clausulas bibliopegus operuit; cui chartam margini pristino agglutinatam solvere licuerit, is facile syllabas nunc obtectas in lucem revocabit, sed nihil eum aliud inventurum esse persuasum habeo quam quae suppleverunt Meinekius in Analectis Alexandrinis p. 395 et Piccolus l. c. p. 157.

Illud quod p. 385, 11 legitur carmen, ut omnia in A sine nomine poetae, sed M e l e a g r o Gadareno dandum, huc adpono quale Cramerus exhibuit

Εἶπεν Ἔρως τὸν καλὸν ἰδὼν . . . . ωρίσκον [3])
δωροῦμαι, τὰ δ' ἐμὰ τόξα σοι καὶ φαρέτρην.
δωροῦμαι καὶ πτηνὸν . . . . ά γε χείλεα
χεῖλος ἐμὸν θείης, λάμβανε καὶ πτέρυγα.

Meleagri, qui multa similia lusit, dixi, quando Fixius in editione Euripidis Parisina p. LXVIII recte *Μυίσκον* in fine versus primi reposuit, nomen pueri a Meleagro multum celebrati [4]). post *ἰδών*, quo in verbo accentum acutum Fixius et Piccolus contra Cramerum testantur, dignovi particulam litterae vel *τ* vel *π*. quocirca Fixius non male scripsisse *ἰδών ποτε παῖδα Μυίσκον* videri potest. sed rectius supplebis *ἰδὼν παριόντα Μυίσκον*, cf. XII 85, 5; 121, 1; 127, 1, alia. quid enim causae erat cur Meleager nomini decantato hic potissimum adderet ignavum *παιδός* vocabulum, quod omnino in musa puerili nominibus — nam XII 154, 1 huc non facit — nusquam ita adiectum invenio? de accentu in *ἰδών* nihil ego quidem adnotavi, facile ambigue et neglegenter ductus est, ut totiens hoc in libro. idem Fixius v. 3 voces *ἐμά* et *σοί* sedem inter se mutare recte iussit; aliquanto tamen minus bene quartum ita scripsit

δωροῦμαι καὶ πτηνὸν ἐμὸν βέλος· εἰ δ' ἐπὶ χείλεα
χεῖλος etc.

nam Cupido, etiamsi praeter consuetudinem antea pharetram intellexit sagittis vacuam, tamen non unum telum, sed omnia quae habet offerre Myisco putandus est. atqui omnino consentaneum non est, post arcum et pharetram Amoris arma commemorata versum novum paene totum et donandi verbum acriter repetitum ad solas sagittas addendas referri; immo munus alterum peculiare promitti adparet. etiam pronominis possessivi repetitione molesta *τόξα ἐμά, βέλος ἐμόν* Fixii scriptura haud commendatur. viam eius versus rectius constituendi licet non omni parte certam monstravit mihi contenta oculorum acie intuenti codex ipse. nam post *πτηνόν* vidi *ι* punctis duobus supra additis confirmatum et litterae *δ* formam triangulam huic scribae consuetam [1]). proxime ab *ϊδ* folium carie perforatum et chartae recentis schedula glutine afficta sarcitum est; et ad ipsum confinium chartae veteris et novae satis clare cernere videbar litteram *ε*, partim obscuratam glutine. quam si recte dignovi, absterso levi vitio eius generis cuius is liber sescenta habet scribarum socordia nata reponemus quod ego dudum ante quam codicem vidi supplendum esse conieceram *ἰ δ ο ύ* [2]), sin minus, hoc ipsum a librario scriptum fuisse existimandum est. nam et iambum pedem sibi versus poscit et Meleager, ut de ceteris taceam epigrammatographis, nusquam omnino nisi in *ἴδ' ὡς* adhibuit *ἰδέ*, saepenumero *ἰδού*, qua exclamatione et ille orationem reddere alacriorem impense amat [3]) et omnino donum porrigentes frequenter uti constat. illud vero donum quale sit quaerentibus nobis vix datur optio eligendi, indicatur enim vocabulo *πτηνόν* satis enucleate. Cupido columbam sive aviculam quamcunque vel manu comprehensam gestans vel volantem filo ducens ex artis maxime monumentis notissimus; et aves pueris amasii dono dabant [4]). post *ἰδού* ad *πτηνόν* vel *τόδε* vel *καλόν*, prout

Footnotes (p. 4):

1) Eiusdem libri p. 238 sqq. Piccolus enotavit congeriem lectionum, quae spectant ad locos a Cramero prave descriptos; sed placuit ei immorari in versificatoribus Byzantinis, corollae partem longe praestantiorem ibi non attigit.

2) Cf. commentationem meam indici lectionum Gottingensi 1878/9 praemissam, cui inscripsi Epigramm. gr. in muris picta duo, p. 19 sq. n. 2, et Woltersium in dissertatione de epigr. gr. antholog. p. 30.

3) Typothetae errore impressum est *ωρίσκρν*.

4) Cf. A. P. XII 23, 59, 65, 70, 94, 101, 106, 144, 154, 159, 167.

Footnotes (p. 5):

1) Piccolus, homo male oculatus, dicit litteram initialem eius vocabuli sibi visam esse potius *α* quam *ε*.

2) Cf. Boldtii de liberiore linguae graecae et latinae collocatione verborum dissertationem Gottingae 1884 editam p. 47.

3) Cf. A. P. V 136, 5; 151, 4; 175, 3; 177, 9; 178. 9; 182, 1 et 8; XII 110, 1; 141, 5. *ἴδ' ὡς* Meleager usurpavit V 187, 1.

4) Cf. O. Jahnium in *Berichte der sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* 1854 p. 250 sqq., eundem *Vasen mit Goldschmuck* p. 2 n. 3, Stephanium *Compte-rendu de l'acad. Impér.* 1877 p. 123, 1, et quae a me disputata sunt in *Bullett. dell' Inst. archeol.* 1869 p. 152, quibus addas Longum I 15 et Glaucum A. P. XII 44, ubi in versu primo

ἦν ὅτε παῖδας ἔπειθε πάλαι ποτὲ δῶρα φιλεῦντας
ὄρτυξ etc.

versus admittit, lacuna ablatum e coniectura adici oportet. quae trans chartae foramen de hoc versu supersunt, Cramerus recte legit, nisi quod ante *α* videtur relicta esse *τ*. itaque ni omnia fallunt indicia, codex habuerat hunc versum *δωροῦμαι καὶ πτηνὸν, ἰδ[ού, καλόν, εἰ] τά γε χείλεα*; quem tamen depravatum esse ostendit nulla transgressione adiunctum enuntiatum condicionale, quod imperativo qui sequitur *λάμβανε* subiectum esse patet. itaque cum opus sit particula *δέ*, aut cum Fixio scribendum *εἰ δ' ἐπὶ χείλεα* | *χεῖλος ἐμὸν θείης*, h. e. *εἰ δὲ θείης χείλεα ἐπὶ χεῖλος ἐμόν*, aut *εἰ δ' ἐπὶ χείλεα* | *χείλεσί μοι θείης*, quae construe *εἰ δὲ ἐπιθείης μοι χείλεα χείλεσι.* comparandus est Meleagrii epigrammatis A. P. V 171, quod totum exscribo, v. 3

Τὸ σκύφος ἡδὺ γέγηθε· λέγει δ' ὅτι τᾶς φιλέρωτος
Ζηνοφίλας ψαύει τοῦ λαλιοῦ στόματος[1]).
ὄλβιον· εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χείλεσι χείλεα θεῖσα
ἀπνευστὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

ipsa locutionis aequalitas confirmat eundem utriusque carminis artificem esse; ac solet Meleager ita sese repetere eorum in modum, qui nimia versuum fundendorum facultate pollent. huius igitur carminis v. 3 codices Palatinus et Planudeus habent *ὑπ' ἐμοῖς*, sed Herwerdenus in Mnemosynae n. s. II 809 rectius *ἐπ' ἐμοῖς* scribere videtur. licet enim puella osculum exceptura labia et obdere et subdere amatoris labiis recte dicatur, tamen in hac comparatione eam usurpari praepositionem sumendum est, quae ad puellam tum calicis pleni orae tum poetae cupidi labris os admoventem pariter apta sit. et conlocatio verborum hic, ut in Gaetulici imitatione A. P. XI 409, 1, simplex et communis, illic exquisitior, non tamen prorsus insolita, sive Fixii sive meam excipis scripturam. atqui horum poetarum usum si respicimus, illi altera, quam ego proposui, praestat. cum enim Fixianae verborum dispositionis exemplum par et geminum in Meleagri certe carminibus non inveniam, ille crebro tmesi seiungit nomen a praepositione, quae illud regit, vocabulo vel uno vel pluribus interpositis[2]). et accedit etiam huic conformationi verborum *εἰ δ' ἐπὶ χείλεσι χείλεά μοι θείης* commendatio non mediocris inde quod post receptam Herwerdeni correctionem plane eadem in eiusdem Meleagri est epigrammate supra adlato; nam, quod obiter moneo, cum cetera consentiant. inter *χείλεσι* et *θείης* interpositum *μοί* vicarium supponitur possessivo pronomini *ἐμοῖς*, a quo nihil differt; ita idem Meleager loco simillimo A. P. XII 133, 4

---

pro *φιλεῦντας* scribas *φιλεῦντος*. ceterum Piccolus eadem sententia in Meleagri epigrammate cognita hoc procreavit monstrum scripturae

δωροῦμαι καὶ πτηνὸν ἀοιδόν, ἐφ' ᾧ σά γε χείλεα
χείλεσ' ἐμοῖς θήσῃς· λάμβανε καὶ πτέρυγα.

1) *Ζηνοφίλας* aut *Ζηνοφίλας εἰμί* cogita scriptum in scypho, quem poeta mulieri illi dono dare videtur; cf. O. Jahn, *Vasensammlung König Ludwigs* p. CXXIX.

2) Exemplo e multis uno defungar simillimo; A. P. VII 352, 7 sq.

Πιερίδες, τί κόρῃσιν ἐφ' ὑβριστῆρας ἰάμβους
ἐτράπετ', οὐχ ὁσίῳ φωτὶ χαριζόμεναι.

Ζεῦ πάτερ, ἆρα φίλημα τὸ νεκτάρεον Γανυμήδευς
πίνεις, καὶ τόδε σοι χείλεσιν οἰνοχοεῖ.

Denique in carmine extremo Cramerus *πτέρυγα* dedit, Fixius *πτέρυγας* testatur, Piccolus rursum *πτέρυγα* perspicue legi contendit. initio *πτέρυγα* scripserat, deinde *ς* tenue et perparvolum adiecit manus prima. videlicet *πτέρυγας* unice verum est, cf. eundem Meleagrum A. P. V 57, 2; 179, 10; XII 65, 4.

Itaque totum epigramma sic conformavimus

Εἶπεν Ἔρως τὸν καλὸν ἰδὼν παριόντα Μυίσκον·
'δωροῦμαι τάδε σοι τόξ' ἐμὰ καὶ φαρέτρην·
δωροῦμαι καὶ πτηνὸν ἰδοὺ καλόν· εἰ δ' ἐπὶ χείλεα
χείλεσί μοι θείης, λάμβανε καὶ πτέρυγας'.

Secuntur Stratonis epigrammata duo in unum coalita, quae in anthologiae Musa puerili seiuncta leguntur, distichon alterum A. P. XII 235, alterum cum versum primum perdiderit pro tetrasticho tristichon, insuper ordine versuum misere perturbato et vocabulo uno omisso confusum, XII 237. eius erroris librarius punctis primo alterique versui subditis conscium se prodidit, sed nihil correxit. Cramerus autem cum singulis versibus spatio maiore diductis puncta ita interposuerit, ut lacunas indicare videatur, et ad primum 'hic versus erasus est', ad alterum nihil adnotet, lectores mirum in modum transversos agit.

Illa aliud Stratonis, quod incipit *ἄγκιστρον πεποίηκας* etc., A. P. XII 241, hoc vero poetae incogniti epigramma ante Cramerum ineditum excipit

Αὐτοῦ μοι, Κλεόβουλε, παρὰ στροφάλιγγα θυρᾶ
κλεπτομένην χάρισαι Κύπριδος εὐφροσύνην.
β . . . ἔρως οὐκ οἶδε ποθούμενος· ἡ γὰρ ἀνάγκης
μῖξις προστίμοις ἐνδέχεται πάθεσι.
καὶ γὰρ Ζεὺς θεὸς ἦν· ἀλλ' ἡνίκα καιρὸν ἔκλεπτεν,
αἰετὸς ἢ δάμαλις ἢ κύκνος ἐβλέπετο.

ita Cramerus hoc dedit poemation variis difficultatibus impeditum.

Ad versus 1 vocabulum extremum editor adnotat 'leg. *θυράων*', Meinekius in Analectis Alex. p. 395 maluit aliter complere, *θυραίαν*, quem sequitur Piccolus p. 159. at acquieturum fuisse Meinekium opinor in scriptura codicis, si eam Cramerus recte indicasset; habet enim *θυράων*.

Alterius versus initio Cramerus *β*, dein lacunam exhibuit. et lacuna quidem tineis vel carie effecta adest, sed litterae *β*, qua confisus G. Hermannus in Annal. Vindobon. t. CIV p. 260 *βριθύς* coniecit, nec vola nec vestigium cernitur. Meinekius, vir ingenii ad divinandum inter omnes promptissimi, de hoc versu expediendo desperat, nisi quod in *ποθούμενος* fortasse *πόθου μένος* latere opinatur. sed qualem hunc Cupidinem esse dicamus, qui vim desiderii ignoret? accusativum verbo *οὐκ οἶδε* subiectum qua versus sede poeta posuerit, demonstrat sua huius ipsius loci imitatione Paulus Silentiarius A. P. V 293, 1, licet ibi verba et compositionem in aliam sententiam detorserit

θεσμὸν Ἔρως οὐκ οἶδε βιήμαχος, οὐδέ τις ἄλλη
ἀνέρα νοσφίζει πρῆξις ἐρωμανίης.

ἔρως ποθούμενος est *ἔρως ὃς ποθεῖται*, poeta quaerit obsequium pueri, amoris gaudia ultro oblata, cf. v. 2 *χάρισαι Κύπριδος εὐφροσύνην*[1]). his opponit *ἀνάγκην*, in qua vides inesse quod ei displiceat. nihil igitur is versus dubii vel obscuri habere mihi videtur praeter vocabulum primum; et huius quoque restituendi copiam facit ipse liber manu scriptus oculos diutius in litterarum reliquiis obscurioribus defigenti.

Incepit enim illud ab *υ* vocali, quae munita cernitur spiritu aspero et accentu acuto uno stili tractu depicto; dein tres fere litteras consumpserunt tineae, ita tamen ut reliquiae tenues litterae *ν*, qua terminabatur vocabulum deperditum, adhaereant ulteriori foraminis margini, superiori duo puncta, quae pertinebant ad litteram antecedentem, unde hanc vel *υ* fuisse vel *ι* patet. brevi faciam, fuit *ὕ β ρ ι ν*. quae vox in sententiam ante declaratam egregie convenit: violentiam, poeta ait, ignorat is qui exoptatus venit Cupido, i. e. amator sive fructus amoris cum desiderio exceptus; eamque cogitationem deinde per oppositum amplificari et confirmari docet vocabulum *ἀνάγκης*, quod cum *ὕβρεως* synonymum fere est.

V. 4 *μῖξις*, non quod Cramerus dedit *μίξις*, codex habet. at offendit in elegantis poetae lusu vocabulum pingue, quod in neutro anthologiae libro amatorio usurpatur; usurpat Palladas A. P. VII 339, 3 *ὦ μῖξις γονέων θανατηφόρος*, sed eius loci diversam rationem esse adparet. meritone displiceat mihi etiam, ut in hoc genere poesis, genetivi constructio *ἀνάγκης μῖξις*, pro *ἀναγκαία μῖξις*, dubius sum opinionis. praeterea *ἐνδέχεται* corruptum, tota sententia obscura, nisi quod violentiam, quoniam cum *πάθεσι* coniuncta sit, improbari perspicitur. poetae sensum aperire et acumen genuinum reddere verbis mihi videor ita scribendo

ἡ γὰρ ἀνάγκης
π ρ ῆ ξις προστίμοις ἐνδέ δ ε ται πάθεσιν.

ad *πρῆξις* Byzantini homines interpretandi causa *μῖξις* adscripserunt (cf. infra p. 15 not. 6), vocabuli usus communis[2]) et e scriptoribus sacris sibi maxime adsueti memores. sive igitur *πρῆξιν* accipis ita ut illi voluerunt et *ἀγάγκης πρῆξις* est *ἀναγκαία πρῆξις*, sive intellegenda simpliciter *ἀνάγκης ἄνυσις*, poeta ludens argute in opposito illo sollemni *τοῦ πράττειν* sive *δρᾶν* sive *ἔρξαι* et *τοῦ πάσχειν* dicit *ἀνάγκης πρῆξιν* puniri (*προστίμοις*) *πάθεσιν*, quae cum illa conligata illive adstricta sint. in *ἐνδέδεται* iam Piccolus incidit, ceteroquin proponens absurda et quae demonstrent eum poetae mentem haud adsecutum esse; cf. A. P. IX 25, 4 et XII 88, 2. possis etiam *συνδέδεται*, sed *ἐνδέδεται*, quod a tradita scriptura propius abest, et idem valet et poetarum sermoni magis convenit. denique *προστίμοις*, etsi utique substantivum est *πρόστιμον*, cum praedicati modo ad *πάθεσιν* graviter accedat, offensionem habere non videtur.

1) Xenophon Hier. c. 3, 34 *παρὰ δὲ παιδικῶν βουλομένων ἥδισται οἶμαι αἱ χάριτές εἰσιν*. cf. Dion. Chrys. or. III p. 132 R. verbi *χαρίζεσθαι* usum illum abunde exemplis inlustrat Ruhnkenius ad Timaei lex. s. v. *χαρίζεσθαι . . ἰδίως δὲ ἐπὶ ἀφροδισίων*. cf. etiam Boissonad. ad Philostr. epist. 6 p. 61.

2) Megarensium *Ἀφροδίτη Πρᾶξις* quae sit (cf. Welckerum *Götterl.* II 710 et III 203), item Aeschineum *πρᾶξιν πράττειν* quid significet, satis constat; praeterea cf. Pindari frg. 104 [236] in Bergkii lyricis, cum Disseni commentario p. 670, et locos finitimos Dioscoridis A. P. XII 42, Stratonis ibidem 240, 3, Isidori VI 58, 1, Automedontis XI 29, 2; etiam *ἄπρηκτοι ἐλπίδες* XII 145, 2 et alias in anthologia, *ἄπρηκτος μενοινή* in Nonni Dion. V 408, similia (cf. Diog. Laert. IV 7 *ἄπρακτος ἀναστῆναι*), eandem certe attingunt verbi potestatem.

Vltimum distichon, in quo *δαμάλης* iam Meinekius restituit, huic carmini errore etiam alias hac in sylloge commisso adhaesisse sententia prorsus aliena ostendit et particula *γάρ* moleste repetita confirmat. relicuum illud est de alio epigrammate, cuius initium periit et quod ob externam argumenti similitudinem, quae in verbo *κλέπτειν* (cf. v. 2 et 5) de furtivo amore utrobique usurpato cernitur, in conlectione antiquiore sedem pone illud poetae Gadareni invenerat. nam M e l e a g r i hoc quoque epigramma esse, cui emendando operam nunc dedimus, conligo ex Cleobuli nomine, cf. A. P. XII 74, 164, 165; nec refragantur lepos et artificium.

Ceterum facile intellegitur, quo utrumque poemation delectus huius auctori christiano sese commendaverit.

Et haec quidem de lacunis, quibus deturpantur epigrammata a Cramero primum evulgata. ceteras ex libris editis explevit; sed in his quoque parum se curiosum praestitit. veluti in Alcaei cuiusdam, certe non Messenii carmine, quod duorum versuum est in A. P XII 29, in sylloge Parisina autem recte augetur disticho eo quod invenitur in A. P. XI 53, p. 385, 5 haec exhibuit

καὶ[1]) *ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον, εἰ δὲ παρέλθῃ,*
ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον,

et adnotavit ad vocabulum *χρόνον* ‘cod. *χ*.’ verum in codice non solum litterae *ρονον* iam desunt, quas scriptas fuisse satis certum est, sed etiam *εἰ* particula, quam Cramerus posuit non licenter tantum, sed falso. remansit accentus gravis, qui testatur recte *ἢν* scriptum fuisse.

Stratonis *παιδικόν* in A. P. XII 196 ita incipit

Ὀφθαλμοὺς σπινθῆρας ἔχεις, θεόμορφε Λυκῖνε,
μᾶλλον δ' ἀκτῖνας etc.

in sylloga vero Parisina secundum Cramerum sic

Ὀφθαλμοῖσιν θῆρας ἔχεις etc.

unde Meinekius scripturus erat *ὀφθαλμοῖς σπινθῆρας ἔχεις*. sed Cramerus ficta obtulit, codex habet *ὀφθαλ   σπινθῆρας*, lacuna hausit litteras *μούς*, scriptura codicum Palatini et Planudei non attrectanda est.

In Anacreontico[2]), quod Constantini cuiusdam grammatici Siciliotae esse docet is codex, e quo idem post edidit Matranga Anecdot. II 693 sqq., pro lacunae signo p. 382, 19 vocabulum *νεότης*, quod pallidioribus licet litteris optime legitur[3]), debebat ponere, at versiculo uni spatium vacuum relinquere post vocem *πᾶσα*, ubi lacunam non significavit.

Lacunam, quae in codice nulla est, indicavit p. 370, 11 in superscriptione epigrammatis Agathiae, quam ita adponit *εἰς τάνλ . . .*, at liber habet *εἰς τάβλ'*, quod est *εἰς τάβλαν*.

Alios locos, ubi vel plures vel pauciores litterae, quam ille testatur, carie ab-

1) Ita codex Parisinus, in Palatino est *τό*. cf. Finslerum *kritische Untersuch. z. Gesch. der griech. Anthol.* p. 86 n. 1, qui tamen errat in eo quod ad Cephalam refert, quae antiquiorum syllogarum conditores sibi permiserant, cf. infra p. 18, 6.

2) Cf. Bergkii lyricos Graecos III[4] 351.

3) Piccolus, quem v. p. 172, nescio utrum hic quoque caecutierit an Cramerum secure exscripserit.

latae sunt, vel voces litteraeve quas lectore non monito dedit omnino desiderantur, silentio transimus, cum hi editoris errores momentum non habeant.

Permagnus est numerus pro foliorum paucitate eorum locorum, ubi Cramerus miris interdum modis falsus vitiosas pro veris lectiones codici tribuit, saepissime omnino illud commisit, quod p. 388 fide interposita se usquam fecisse negat, ut exempli manu scripti lectiones tacite mutaret. ut graviora quaedam praeter ea, quae adhuc commemorata sunt, delibem — nam omnia notare editoris futuri est — in Theodoridae epigrammate A. Plan. IV 132 (apud Cramer. p. 368, 24) dignoscitur *λοχείην*; in Asclepiadis sive Antipatri Thessalonicensis IX 752 (p. 370, 6) clare legitur *θεόν*, non quod ille dedit *θρόνον*; in adespoto A. P. IX 680 (p. 370, 9) *φυτῶν*, non *φυγών*; eiusdem carminis versui alteri cur adscripserit vocabulum *χώρᾳ* cancellis circumsaeptum non capio, nihil enim eius modi in codice; in Mariani carmine A. P. IX 669 (p 372, 16) invenitur *κιρναμενον* (sic), non *κιρνᾶ μέν*; in verboso carmine magnis laudibus olim cumulato A. P. IX 363 (p. 372, 25), quod miror neminem dum Meleagro eripuisse [1]), legitur v. 3 *χλοερήν*; in Anacreontico Constantini v. 55 (p. 382, 12) est *ῥόδοις με βάλλων* non *ῥόδοις ἐμβάλλων*, ibidem v. 68 (p. 382, 23), ubi laborabam sane aliquamdiu, cum scriptura palluerit, *παρέχων ἐμοὶ πονεῖσθαι*, ut in Matrangae libro, non *παρέσχε μοι πονεῖν δέ*; in Callimachi epigrammate A. P. XII 118 (384, 23) *ἄκρητος* scriptum est, non *ἄκρατος*, et (p. 384, 25) *ἐφίλησα*, non *ἐφύλαξα*, quod Bergkium in errorem induxit [2]); in Asclepiadis A. P. XII 50 (p. 388, 10) *κοιμιστάν*, non *κομιστάν*. haec omnia in codice recte scripta a Cramero corrupta sunt.

Saepe alias idem, quidquid dicit, vitiosis libri scripturis ex Palatino substituit veriores, veluti in Mariani epigrammate A. P. IX 669 (p. 372, 20) versum 10 inseruit, qui deest in Parisino, in Luciani A. P. X 26 (p. 374, 9) vocabulum *ταῦτα*, in subsequenti eiusdem auctoris, A. P. X 27 (374, 11), *ἴσως* supplevit, nusquam monito lectore.

Non magis uspiam a prima manu discrevit correctricem recentiorem, quae intra decem versus p. 375, 7 *γένος* addidit, *ἦ* in *ἡ* mutavit, v. 8 *συ* inseruit ante *ζυγίης*, denique totum distichon ultimum in margine adiecit. eadem titulos addidit p. 368, 6 et 11, p. 369, 5, p. 370, 1.

Cramerus exscribendi labore admodum indiligenter functus locis plurimis e codice corrigi potest, ipsa epigrammata aliquanto rarius. restant pauca eius modi, ubi liber Parisinus suppeditabat scripturae perperam editae correctionem.

Levidense est et hoc ipsum a Boissonadio in Anecd. novis p. 403 occupatum, quod trimetri illi Byzantini, qui locum invenerunt inter antiquiora p. 366, 18, in codice recte incipiunt *τοσοῦτος ὁ πλοῦς*, item quod titulus in aliquod artis opus, quod Perseum beluae marinae interfectorem cum Andromeda exprimebat, conscriptus ita legitur

Περσεὺς κῆτος ὤλεσε καὶ ᾿Ανδρομέδην ἐσάωσε,

h. e. *ὄλεσσε*, at Cramerus *ὦλε* indicavit. Agathiae de tabula lusoria carmen in A. P. IX 768 ita incipit

1) Iusta enim ecphrasis est ad rhetorum praecepta facta; cf. maxime Rhetores gr. a Walzio editos t. I p. 331 sqq., Libanium Reiskii t. IV p. 1051 sqq. vel unum neotericum *κάλλεα* (v. 15) satis prodit poetam aliquanto recentiorem.

2) Cf. commentationem cui inscripsi 'Epigrammata in muris picta duo' p. 12.

Παίγνια μὲν τάδε πάντα· Τύχης δ' ἑτερότροπος ὁρμὴ
ταῖς ἀλόγοις ταύταις ἐμφέρεται βολίσιν.

Cramerus p. 370, 13 eandem scripturam *ἐμφέρεται* e suo libro dedit. sed habet ille *ἐκφέρεται*, recte quidem; nam hoc est 'ostenditur', 'palam fit', sed *ἐμφέρεται* quid sibi velit, non item video. ceterum eandem lectionem variam ex cod. Par. 1630, de quo mox plura afferam, exsignaverunt anthologiae editores Parisini; at variorum notis inseruisse satis habuerunt.

Gravius est, quod viam emendandi monstrat lectio codicis a Cramero interpolata in epigrammate sat eleganti, quod antea ineditum ille exhibet p. 386, 16, versu 5. sed totum exscribam, quoniam varie deformatum persanare studebo.

Σκέψαι Νάρκισσον καὶ μηκέτι γαῦρα φρονήσῃς.
τοῦθ' ὑπερηφανίης ἄνθος ἔφυσεν ἔρως.
τίνα τὸν στέργοντα παλίστροφα ἔργα δεδορκώς,
πειράθητι φρονέειν μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.
τοῦθ' ὃ βλέπεις στέφωμα παρὰ κρήνην ἐστιν ἐρασθέν,
ἔκλαυσε μορφῆς εἰκόνας ἀντιτύπους.

temptaverunt hos versus etiam Meinekius in Analect. Alex. p. 397 et a Duebnero adiutus Piccolus p. 162; huius ipsius pericula adeo sunt puerilia, ut vel refellere taedeat. Meinekium adparet v. 3 recte emendasse *τίμα*, v. 5 *στεφάνωμα*, eundem etiam v. 5 *παρὰ κρήνῃσεν* conicientem conlineavisse, sed in ceteris a poetae sententia aberravisse existimo; v. 3 enim vult *παλίστροφα δ' ἔργα*, v. 5 extremo *μαρανθέν*. at vocabula *παλίστροφα ἔργα δεδορκώς* non seiungenda sunt a praecepto *τίμα τὸν στέργοντα*, et quid sit quod corona narsissorum ad fontes defloruisse dicitur, nemo facile intelleget; neque vero codex habet *ἐρασθέν*, quod Cramerus edidit, sed *ἐρησθέν*, quod est pro *ἐρισθέν*. ego toti carmini lucem afferri puto, si adornabitur ita

Στέψαι νάρκισσον, καὶ μηκέτι γαῦρα φρονήσῃς·
τοῦθ' ὑπερηφανίης ἄνθος ἔφυσεν Ἔρως,
τοῦθ' ὃ βλέπεις στεφάνωμα παρὰ κρήνῃσι θ ε ρ ι σ θ ὲ ν
ἔκλαυσεν μορφῆς εἰκόνας ἀντιτύπους.
τίμα τὸν στέργοντα παλίστροφα τ ὦ ργα δεδορκώς,
πειράθητι φρονεῖν μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.

puero coronam poeta offert e narcissis prope fontes decerptis (cf. *στεφανὸν δρέπεσθαι*) sertam [1]), ut flores Amoris voluntate ex superbia punita enati illum a fastidio revocent. scripsi igitur v. 1 *στέψαι*, quo praeparetur et explicetur coronae mentio, quae, ut antea haec legebantur, obscuritate laborabat, deinde v. 3, ut et sententiae rationi et versus artificio satis fieret, *τὦργα*, v. 5 *στεφάνωμα παρὰ κρήνῃσι θερισθέν*, quo aperitur argumentum epigrammatis, denique transposui secundum distichon, quod ut sede illa distorquebat ea quae se excipere debebant, ita nunc apte atque graviter concludit carmen. haeret tantummodo scrupulus de voce *ἄνθος* v. 2, a qua suspensus genetivus *ὑπερηφανίης* non habet rationem satis perspicuam.

Persimilis argumenti carmen in A. P. V 74 legitur Rufini, quo, si opus fuerit, confirmatur correctio quam versui primo adhibuimus

1) Nonnus Dionys. X 338 *στέμμα πόθου νάρκισσον* dicit.

Πέμπω σοί, Ῥοδόκλεια, τόδε στέφος, ἄνθεσι καλοῖς
αὐτὸς ὑφ' ἡμετέραις πλεξάμενος παλάμαις.
ἔστι κρίνον ῥοδέη τε κάλυξ νοτερή τ' ἀνεμώνη
καὶ νάρκισσος ὑγρὸς καὶ κυαναυγὲς ἴον.
ταῦτα στεψαμένη λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα·
ἀνθεῖς καὶ λήγεις καὶ σὺ καὶ ὁ στεφανός.

adparet, ex epigrammate illo auctoris incerti Rufinum profecisse; quem etiam *γαῦρα φρονήματα* in aliud carmen suum A. P. V 27 inde traduxisse dicerem, nisi Kaibelus Hermae t. XV p. 458 *γαῦρα φρυάγματα* ex A. P. XII 33 recte ibi substituisse videretur.

Vltimum omnium syllogae Parisinae epigrammatum hoc ante Cramerum ineditum legitur

Νῦν ὁ καλὸς θάλλει Νικόστρατος, ἀλλ' ἀρύσασθε,
ὡς ἀπὸ κρηνίδος, ψυχρὸν ὕδωρ θέρεος.

κρηνῖδος corrigendum est. debebat Cramerus indicare, hos versus in extremo folio infimo scriptos atque codicem mutilum esse. carmen ipsum medium abrumpitur; nam post comparationem, quae versu minore continetur, desideratur obiectum ad *ἀρύσασθε.* ceterum auctor videtur Meleagri carmen A. P. XII 133 imitatus esse, quod ita incipit

Διψῶν (?) *ὡς ἐφίλησα θέρευς ἁπαλόχροα παῖδα,*
εἶπα τότ' αὐχμηρὰν δίψαν ἀποπροφυγών.

In eadem bibliotheca nationali Parisina adservatur alia epigrammatum sylloge manu scripta, quae cum Crameriana iungitur cognatione propinqua. dico codicem qui inter graecos nunc est 1630 et quondam fuit 3502, bombycinus saeculo XIV conscriptus, mirifica scriptorum quae continet copia et varietate insignis.

Minime neglectum a viris doctis, immo inlustrem quodammodo et inde a Bandurio[1]) saepe a multis usurpatum hunc librum adscisco. quem maxime Boissonadius solito sibi more, dum edita non numquam plumbea rimatur eorum modo qui aurum adpetentes terras fodiunt, magis carptim spoliavit quam rite exhausit. postquam enim cum alia quaedam tum epigrammata antiqua tria tunc inedita ex hoc codice delibata protulit an dicam abdidit eo loco, ubi talia vix quaeras, ad Ovidii metamorphoseon versionem Planudeam p. 220 sq., plurima inde descripta per Anecdoton suorum singula volumina dispersa volgavit[1]), in his carminum Byzantinorum copiam permagnam[2]), aliis nescio quibus de causis spretis, lectionum etiam variarum multitudinem in anthologiae Palatinae commentarios traduxit; atqui scripturae hae proferuntur nudae siglo codicis adposito, de ipso nihil usquam indicatur, suspitio de affinitate quae ei est cum Crameriano proditur nulla, neque vero bonae eius lectiones recte aestimantur nec inter poetarum verba meritum locum invenerunt. hic igitur codex, B eum dico cum Boissonadio, ex eodem, ut mihi quidem videtur, exemplari atque ille suppl. n. 352, quem littera S eadem qua Boissonadius significo, ea in parte descriptus, praeter alias multas miscelli argumenti eclogas continet eandem conlectionem discerptam licet ac deminutam carminum aetate praestantia materia maxime variorum, tam christianorum originis recentioris multitudinem quam tenuiorem illam antiquorum atque profanorum corollam, quae apud Cramerum incipit a Metrodori notissimo epigrammate et pertinet usque ad finem, admixto per errorem poematio uno Byzantino iambico illo *τοσοῦτον ὁ πλοῦς* etc., tertio statim loco, apud Cramerum p. 366, 18.

Ordinem, qui in exemplo communi erat, nec S nec B omni ex parte servavit; quae illud offerebat carmina S fortasse omnia inde transtulit, plura certe S quam B. sane quidem in recentioribus et christianis B habet satis multa quae apud Cramerum frustra quaeris, sed haec aut omnia aut paene omnia desumpta sunt ex altero fonte; contra omisit B non ita pauca eorum, quae legebantur in archetypo utrique communi et descripsit inde S. antiquiorum carminum B delectum praebet longe angustiorem; ea in S numerantur CVIII, B ex communi exemplari desumpta habet, si quaedam errore iterata omittis, XLIV. comprehenduntur quidem codice B alia epigrammata antiquiora X, quae uno excepto in S desunt; sed ea ex diverso fonte introducta esse satis, ut infra demonstrabo, adparet. iam vero fato quodam maligno accidit, ut inter XLIV illa carmina inveniantur quidem eorum quaedam, quae adhuc ex solis SB codicibus habeantur, sed nullum ex eis quae in codice S tineas perpesso deformata lacunis legantur. nempe enim verecundia factum esse videtur, ut musae puerilis specimina admodum pauca adponerentur et carmina paullo procaciora omitterentur, pro consilio honeste docendi et erudiendi, quod in eclogis codicis B severius etiam regnat quam in S[3]).

Recte Woltersius De epigrammatum graec. anthologiis p. 31 in Crameri sylloga vestigia demonstravit dispositionis secundum argumenta carminum prudenter institutae. eam vero dispositionem ex B conligitur subtiliorem etiam fuisse illa quae in A observatur; quamquam is, qui B ex diversis libris conflavit, antiquiora ac profana

---

1) Cramerus p. 265 scribit de cod. suppl. n. 352: 'consimilia etiam habet liber ms. a Bandurio in Antiqu. Constantinop. satis accurate indicatus et qui non diversus esse videtur ac cod. Regius 1630, e quo nonnulla dedit v. c. Boissonade in Anecdotis Graecis'. at hoc vero luce solis clarius est, codicem 1630 eundem esse cum eo quem Bandurius vel potius Ioannes Boivinus — is enim codicis descriptionem in usum Bandurii consignavit — libri laudati t. II p. 875 sqq. describit; consentiunt elenchi illic a Boivino et in catalogo bibl. Reg. t. II p. 376 sqq. a Melloto dati, consentit quod Boivinus commemorat lectam f. 8 'inscriptionem, quae docet librum hunc Galliarum regi donatum esse ab Antonio Eparcho', cum verbis ex cod. 1630 a me enotatis *κτῆμα ἀντωνίου τοῦ ἐπάρχου, ὃ δέδωκε τῷ κραταιῷ βασιλεῖ κελτῶν.* neque dubitabat de ea re Fabricius in Biblioth. graeca XI 566 sqq. editionis IV, ubi e codice ipso adponitur index graecus eorum quae insunt, e Bandurio suppletus. de Antonio Eparcho Corcyraeo, qui eum librum vendidit Francisco I Gallorum regi, cf. Boissonadium in *Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque du roi* XI 2, 266, et Harlesium ad Fabricii Bibl. gr. XI 566 not. kk. idem notavit ea quae illo tempore a viris doctis ex hoc codice edita fuerant.

1) Volumen I ex hoc codice paene uno replevit, varia quaedam recepit in II, pauciora in III et IV. verum in aliis quoque libris suis Boissonadius passim excerpta cod. 1630 in medium attulit; ita in notis ad Maximi Planudis versionem graecam metamorphoseon Ovidii nonnulla inde spatii implendi causa exprompsit, cf. p. 220 sq., 314 sq., 370 sq., 462 sq., ad Psellum de lapidibus varias lectiones enotavit in *Notices et extraits* X 2, 241, ac passim in notis ad Herodiani Epimerismos et ad Anecdota nova.

2) Cf. I 143; 175 sqq. 399 sqq. 436 sqq., II 471; 473 usque ad finem, III 437 sqq., etiam Boissonadii adnotationem ad Herodiani partitiones p. 145.

3) Mutilus quidem est B in fine, ubi nunc folia duo membranacea adsuta sunt; sed librarium ea in parte, quae iam amissa est, denuo rediisse ad epigrammata excerpenda, ob dispositionem horum miscellaneorum veri admodum dissimile est.

carmina, quae deinceps scripta ob oculos fuerunt, non uno tenore perscripta quasi quandam mantissam christianis adiunxit, ut fuerat in archetypo codicum SB, sed bifariam distributa illis serie duplici interposuit. quo commissum est, ut et divellerentur nonnulla quae argumento sibi finitima sedem quoque vicinam habuerant, et quaedam in eclogam priorem admodum brevem recepta per errorem repeterentur in altera.

Iam indicabo carmina antiquiora, quae B continet, simul cum sede, quam in Crameri Anecdotis singula occupant, additis etiam scripturis quibus B ab S hic illic leviter discrepat; nam longe pleraque insigniter consentiunt.

P. 62ᵛ post versus *εἰς μεταμόρφωσιν*, quos Cramerus exhibet p. 304, 24, secuntur haece

1. *Ποῦ τοι τόξον*,	A. Plan. IV 201,	*Μαριανοῦ σχολ.*, apud Cramer. p.	368, 7
1a. *Οὐκ ἀπὸ πανδήμου*, quae est eiusdem epigrammatis altera pars			368, 12
2. *Καλὸν μὲν στυγόδεμνον*[1],	A. P. X 68,	*Ἀγαθίου*	375, 3
3. *Παίγνια μὲν τάδε*[2])	IX 768,	*Ἀγαθίου*	370, 12
4. *Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος*	X 72,	*Παλλαδᾶ*	375, 11
5. *Γῆς ἐπέβην γυμνός*	X 58,	*Παλλαδᾶ*	375, 1

redit exinde librarius ad christiana, nam excipit hanc eclogam epigramma *εἰς τὸν ἅγιον δημήτριον*, quod est apud Cramerum p. 290, 14, secuntur alia eiusdem generis, quae omnia item inveniuntur etiam in S et quorum ultimum est *ἐνταῦθα σάλπιγξ*, apud Cramerum p. 302, 10; deinde p. 63ᵛ leguntur, quae ab S absunt, pedestri oratione scripta, opuscula sacra, astronomica, alia excerpta varia. quibus intermiscentur de zodiaco et mensibus iambi[3], epigramma de Empedoclis sphaera[4], iambi de Atlante caelum sustinente[5]; tandem p. 127 resumit librarius carmina christiana a Ioannis Geometrae Confessione elegis pessimis scripta *οἴμοι καὶ πάλιν ἤλιτον*, quae invenitur etiam in S, cf. Cramer. p. 334, ut ea quae deinceps secuntur tantum non omnia[6], licet ordine saepe diverso, a Cramero edita leguntur; quam claudit eclogam distichon in Gregorium theologum *ἔνθεος ἦν ὁ Σύρος*, apud Cramerum p. 13, 281. iam illud rursum excipiunt p. 135 carmina antiquiora haec[7], superscripto titulo, quem a prima additum recens manus renovavit

1) V. 6 *συζυγίῃ*.

2) V. 3 *βιότου*.

3) De zodiaco monostichorum duodecim, quae leguntur p. 77ᵥ, primum est *κριὸς προηγός ἐστιν ἀρχῆ τε χρόνου*, de mensibus totidem a septembre incipientium primum hoc *φέρω ταλάρους ὡρίων πεπλησμένους*. cuiusnam haec sint, nescio; similes neque tamen eosdem de duodecim mensibus iambos ediderunt Theodori Prodromi Boissonadius in *Notices et extraits* XI 2 p. 180 sqq. et Manuelis Philae ex ipso cod. B E. Miller in Philae carminibus t. I p. 341. monosticha illa de zodiaco publicavit Boissonadius Anecd. II 477.

4) Cf. Iacobsii appendicem ad A. P. n. 40.

5) Leguntur eidem in schol. recentioribus ad Aeschyli Prom. v. 428 et in schol. ad Oppiani hal. I 619.

6) Deest in S hymnus, qui incipit *μέλπωμεν θεόπαιδα θεείκελον ἀφθορόνυμφον*, in deiparam *κατὰ στοιχεῖον* compositus aemulatione hymnorum onomasticorum, qui sunt in A. P. IX 524 et 525 in Dionysium et Apollinem scripti. post alios edidit hunc ex ipso codice B Pitra in Spicilegio Solesmensi t. III p. XVII.

7) Excerpserat e cod. B eadem G. I. Vossius, cuius exemplum P. Burmannus in suum usum descripsit; quod Burmanni antigraphon extat in bibl. Gottingensi inter cod. ms. philol. n. 2.

γνωμολογία δι' ἐπῶν

6.	*Ἀνθρώπους μὲν ἴσως*[1])	A. P. X 27,	*Λουκιανοῦ* apud Cramerum p.	374, 11
7.	*Μήποτε τὸν παρεόντα*	X 40,	*ἄδηλον*	374, 13
8.	*Ἀρρήτων ἐπέων*	X 42,	*Λουκιανοῦ*	374, 15
8a.	[*Γῆς ἐπέβην*] *γυμνός*[2])	X 58,	*Παλλαδᾶ*	375, 1
8b.	*Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος*	X 72,	*Παλλαδᾶ*	375, 11
9.	*Εἰ τὸ φέρον σε φέρει*	X 73,	*Παλλαδᾶ*	375, 13
10.	*Δακρυχέων γενόμην*	X 84,	*Παλλαδᾶ*	375, 23
11.	*Μήτε βαθυκτεάνοιο*	X 74,	*Παύλου Σιλεντιαρίου*	375, 15
12.	*Οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν*[3])	X 76,	*Παύλου Σιλεντιαρίου*	375, 21
13.	*Εὐόδμοις μύροις*[4])	XI 54, 5 sq. et 55	*Παλλαδᾶ*	376, 8
14.	*Οὐ μοι μέλει Γύγεω*[5]) (sic)	XI 47,	*Ἀνακρέοντος*	376, 11
15.	*Τὸν ἄργυρον τορεύσας*[6])	XI 48,	*Ἀνακρέοντος*	376, 21
16.	*Εὐδαίμων πρῶτον*[7])	XI 50,	*Αὐτομέδοντος*	377, 3
17.	*Θᾶττον ποιήσει*	XI 227,	*Ἀμμιανοῦ*	377, 9
18.	*Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν*	XI 273,	*ἄδηλον*	377, 19
19.	*Ὑβρίζεις· τί τὸ θαῦμα*	XI 299,	*Παλλαδᾶ*	377, 21
20.	*Ἥλιος ἀνθρώποις*	XI 301,	*Παλλαδᾶ*	377, 23
21.	*Τὴν φωνὴν ἐνωπὴν* (sic)	XI 338,	*ἀδέσποτον*	378, 1
22.	*Εἰπὲ πόθεν σὺ*[8])	XI 349,	*Παλλαδᾶ*	378, 3
23.	*Δάφνην καὶ Νιόβην*[9])	XI 255,	*Παλλαδᾶ*	377, 17
24.	*Ὠγαθὲ καὶ μῶν*[10])	XI 157,	*Ἀμμιανοῦ*	377, 13
25.	*Εἰ μὲν φιλεῖς* (sic)	XI 390,	*Λουκιλλίου*	378, 9
26.	*Τλῆθι λέων ἄτλητα*[11])	IX 527,	*χρησμός*	378, 15

1) *Ἴσως* omissum est et in marg. a manu, ut videtur, altera suppletum; deest in S.

2) Prima duo vocabula huius distichi, quod cum sequenti bis legitur, hic omissa sunt; in versu altero B recte habet *ὁρῶν*, S *ὁρῶ*.

3) ut in S, adponitur distichon primum, praeterea nihil, et v. 2 omittitur *τάς*.

4) Hic leviter variant SB, ille habet *εὐόδμοις δὴ μύροις*, hic quod supra dedi, sed bis addito *ι*, a manu recenti, ut videtur, quae voluit *εὐόδμοισι μύροισι*. versus illos antea ineditos fuisse Cramero Meinekius Anal. Alex. p. 394 crediderat, quem errorem notans Piccolus p. 376 animadvertit, v. 1 et 2 ultimos esse epigrammatis Palladae dudum ex anthologia cogniti, v. 3 et 4 ibidem illud excipere ut aliud Palladae epigramma. iam vero SB, cum haec duo disticha coniungant, suspitionem Iacobsii, qui alterum, quod legitur AP. XI 55, carmini praecedenti addendum esse coniecerat, egregie confirmant.

5) V. 3 sq. continue scriptos *οὐθ' αἴρει* (sic) *με χρυσὸς οὐ φθονῶ τυράννους* in margine addidit manus prima.

6) Hoc carmen non seiungitur a praecedenti. v. 5 *ποίει δέ με*.

7) V. 3 *μίγη τις* pro *γήμῃ τις*, v. 6 *τὸ κοινόν*.

8) V. 4 *ἀπειρέσιον*, recte. *καί* pariter adest in SB, Cramerus falsus est.

9) V. 1 *ὀρχήσατο*.

10) V. 2 *ἴθι*.

11) V. 2 *κτίσιν*.

27.	*Θήρη μὲν πολέμου* [1])	XIV	17,	*ἄλλο* apud Cramer.	378, 17
28.	*Ἁγνὸς εἰς τέμενος* [2])	XIV	71,	*χρησμὸς τῆς Πυθίας*	378, 19
29.	*Υἱὲ μέλητος ὅμηρε*	A. Plan. IV	292,	*ἄδηλον*	378, 24
30.	*Τίς δήσας παλάμας* [3])	IV	197,	*Ἀντιπάτρου*	379, 17
31.	*Κλίνας αὐχένα* [4])	IV	203,	*Ἰουλιανοῦ Αἰγυπτίου*	380, 1
32.	*Οὗτος ὁ τῶν δαλῶν*	IV	209,	*ἄδηλον*	378, 7
33.	*Εἴ καί σοι πτέρυγες* [5])	IV	213,	*Μελεάγρου. οἱ δὲ Στράτωνος*	380, 9
34.	*Τλήμονες οἷς ἀνέραστος* [6])	A. P. XII	18,	*Ἀλφείου Μιτυληναίου*	384, 3
35.	*Εἴ μὲν γηράσκει* [7])	XII	235,	*Στράτωνος*	385, 15
36.	*Ὑπνώοις ἐπὶ πουλὺν* [8])				386, 22
37.	*Οἶος ἀποστάζει* [9])				386, 26
38.	*Πίν' ἀσκληπιάδι* (sic) [10])	XII	50,	*Ἀσκληπιάδου*	388, 5
39.	*Μῖξον μειλιχίη*	A. Plan. IV	74,	*ἄδηλον*	369, 20
40.	*Ἁ ψηφὶς* [11]) *ὑάκινθος*	A. P. IX	751,	*Πλάτωνος νεωτέρου*	370, 2
41.	*Εἰμὶ μέθυ* [12])	IX	752,	*Ἀσκληπιάδου. τινὲς δὲ* etc.	370, 3
42.	*Τὰς τρεῖς μοι Χάριτας* [13])	IX	680,	*ἀδέσποτον*	370, 7
43.	*Ταῦτά σοι, ὦ βασιλεῦ* [14])	A. Plan. IV	62,	*ἄδηλον*	380, 13
44.	*Τηρῶ σοῦ τὸ φίλημα*				386, 4

subsequitur codicis p. 137v alia christianorum carminum ecloga e communi exemplo petita: iambi in Maeandrum fluvium *τὸ τῆς δίκης πῦρ*, apud Cramerum p. 334, 12; *εἰ τυγχάνει γῆς*, p. 334, 16; compunctio item iambis scripta *πέπονθα δεινά*, p. 326, 21; aenigma de sale *ὕδατος ἐκγενόμην*, p. 327, 11.

Deinde leguntur nonnulla, quae ab S absunt: *τοῦ προδρόμου κυροῦ θεοδώρου τοῦ φιλοσόφου στίχοι ὑποθετικοὶ ἐπί τινι ἐκβρασθέντι τῆς θαλάσσης ἄχειρι νεκρῷ*, quem ti-

1) Hoc epigramma in marg. a manu prima additum est. ad *φέροντα* v. 2, quae vitiosa scriptura in B ut in S extat, recentior manus adnotavit *φεύγοντα*.

2) V. 1 *καθαρὸν ξένε ἔρχεο θεοῦ*, manus recentior in marg. *θείου*.

3) V. 2 *ἅμμασι*.

4) V. 2 *μεληιδέαις*, *ε* corr. in *ι*. v. 3 *κευθόμενόν περ*. recte. Planudea habet *κευθόμενόν με*, multo minus bene; pronomen huc irrepsit ex versu antecedenti. in S is versus caret vocabulo postremo. v. 4 *φερένη*, S *φρένη*, non quod Cramerus dedit *φρύνη*.

5) V. 2 *σκυθικαί* ex *σκυθική* manus, ut videtur, recentior. v. 4 *σὴν ἔφαγε*, et *ἔφαγε* etiam S, non quod Cramerus edidit lectore non monito *ἔφυγε*. Ceterum etiam v. 15 non habet quae ille dedit, sed *καὶ σύ* et *ταχικαί*.

6) V. 2 *τις*, at idem S, quod Cramerus tacite correxit. v. 3 *νῦν εἰμί* vocabula omissa.

7) Epigrammati disticho in B nihil prave adhaesit.

8) V. 2 *εὕδῃς*, ut S.

9) V. 6 *χέρας*, at *ε* in rasura.

10) V. 3 *μόνω*, sed idem in S fuisse sumendum, ubi lacuna a Cramero non indicata absorbuit litteras *σοὶ μό*. v. 4 *σποδιῇ*. 6 *κοιμιστάν*, ut S.

11) *Ἀψηφὶς* S.

12) V. 4 *θεόν*, ut S.

13) V. 3 *φυτῶν*, ut S. v. 4 *τοῦτο τὸ φυτὸν ἔχει*.

14) V. 6 *καὶ* a prima manu omissum recentior in marg. addidit; item in S deest.

tulum a prima manu profectum recentior renovavit; et hoc quidem carmen elegiacum, quod incipit *ξεῖνε, τί νῦν με δέδορκας*, ex codice Vaticano n. 305 p. 103v cum aliis multis eiusdem Theodori Prodromi pridem evolgatum est in *Notices et extraits* VIII 2, 184 a Dutheilio; sequitur aenigma *εἰς τὴν ἐν τῷ οὐρανῷ ἶριν*, incipiens *στοὰ ξύλων ἄμοιρος*, quod edidit ex B et cod. Parisino n. 968 Boissonadius in Anecdotis III 451 inter aenigmata a Basilio Megalomita [1]) conlecta, non item condita [2]); eidem Prodromo potius esse tribuendum videtur, cum statim adiciatur *ἕτερον εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ προδρόμου*, distichis scriptum, quod incipit *υἱέος ἡμετέρου με φιτύσσατο δῖα θυγάτηρ*, item editum a Dutheilio l. c. p. 185 ex eodem codice Vaticano [3]).

Haec tria Theodori Prodromi carmina ab earum eclogarum compositore aliunde petita esse eo magis liquet, quoniam p. 38v illa rursus excipiunt epigrammata sex numero, quae singula leguntur etiam in S e communi fonte deprompta: *εἶδες γέρον βρέφος* etc., apud Cramerum p. 309, 15; *μὴ πῦρ ἀνάψῃς*, p. 310, 8; *ἐξ ὑελῶν μὲν φῶς*, p. 301, 2; *ἔσοπτρα φωτός*, p. 301, 5; *ἐκ φοινικῆς μορφοῦσθε*, p. 301, 7; *ἐδάκρυσας βροτός*, p. 318, 17, omnia binis senariis iambicis perscripta praeter unum, quod trium est.

Succedunt his *αἰνίγματα συντεθέντα παρὰ βασιλέως τοῦ μαγομιτ*, h. est *παρὰ Βασιλείου τοῦ Μεγαλομίτου* (cf. Boissonadium Anecd. III 437*), quae desinunt p. 140 in versu *σώζω τὸ σύμπαν ἀβλαβὲς τῆς οὐσίας* (cf. Boissonadii Anecd. III 450), et excipiuntur Catonis gnomis distichis heroicis a Maximo Planude in graecum sermonem conversis. hac aenigmatum collectione, ex qua praecerptum unum ante notavimus, omnino caret S.

Vlterius haec persequi a proposito nostro alienum est. nam vel ex eis quae attulimus satis dispicitur et data opera in B eclogas e fontibus diversis petitas discerpi et permisceri, et recte nos ponere, quae in B recepta ab S absunt, ex alio praeter illud, a quo S uno pendet, exemplo deprompta esse.

Iam epigrammatum antiquiorum, quae supra indicata sunt, ordinem paullisper intueamur.

In priore serie B quasi praetemptans iter carmina demonstrativa sex vel rectius quinque ita disponit, ut titulum artis in duas particulas discriptum sequantur quattuor epigrammata sententiosa.

Eclogae alterius longe copiosioris partitio quo facilius percipiatur, singula capita spatio maiore intermisso discrevimus.

Ad primum caput solum, quo continentur epigrammata novem, spectat inscriptio *γνωμολογία δι' ἐπῶν* [4]), quae cum pro hac paucitate nimis magnifica sit, maiori olim numero destinata fuisse videtur. iam vero intra seriem hanc brevem rursus certae dispositionis ratio conspicitur. habes primum epigrammata deinceps septem disticha, quae singula humanam vitam spectant; his adnectuntur duo versuum complurium, argumenti eiusdem;

1) Cf. Fabricium Bibl. gr. IX 10 editionis Harlesianae, et maxime X 538 sqq. paenultimae.

2) Cf. Woltersium *Rhein. Mus.* XXXVIII, 1883. p. 114.

3) Hoc de nube aenigma legi etiam in codice Vaticano Palatino n. 43 p. 90v adnotat Dutheilius.

4) Cum extiterint et in hoc codice ipso insint etiam gnomarum sermone soluto scriptarum eclogae Byzantinae (cf. Boissonadii Anecd. I 113 *γνῶμαι διάφοροι*, 126 *γνῶμαι σοφῶν*, 135 *γνῶμαι τῶν ἑπτὰ σοφῶν*), apte gnomologiae titulo adicitur *δι' ἐπῶν*. Suidas Theognidea carmina dicit *γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων*. at tamen dubito, num is demum qui haec conlectanea comparavit inscriptionem illam praefixerit.

alterum *οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν* etc. sane absolvitur in SB disticho uno, sed mutilum cum sit et in anthologia Palatina et Planudea octo versus complectatur, sedes ipsa quam a distichis carminibus separatam hoc in capite occupat arguit, illud in sylloga antiquiore, a qua SB derivata sunt, quondam plenum perscriptum fuisse; simul hinc conligitur, ordinem qui in B cernitur non ab eius libri scriba sive compositore profectum esse. etiam antepaenultimum epigramma vel 10 huius conlectionis, quod in Palatino et Planudeo codice quattuor versuum est, facile cum in hunc syllogae pristinae locum reciperetur plenum fuit. primum (6) tertiumque (8) epigramma cum in libris Palatino et Planudeo Luciano dentur, cui hic, ut alibi [1], Lucillius substituendus esse videtur, illud quod his medium interpositum in utraque anthologia *ἄδηλον* est at non minus quam 6 et 8 Theognideum colorem prae se fert, eidem poetae adsignandum esse patet. unius rursus auctoris, Palladae, quattuor epigrammata disticha sunt, quae secuntur, 8a, 8b, 9, 10. denique non mihi tempero quo minus eam gnomologiam admodum extenuatam simul cum titulo [2]) ex longe uberiore fluxisse suspicer, cuius particulae compage pristina soluta, non tamen omnino discissa et deleta in anthologiam Cephalae multo plures quam in B transierint; nam in Palatina quoque anthologia nec minus in Planudea carmina eadem partim sede sibi sunt proxima partim haud longe disiuncta [3]). Palladae et Luciani sive Lucillii sunt septem in B carmina disticha, ab 6 usque ad 10; eorundem poetarum longe plura, quae ambitu argumento colore et illis et inter se paria sunt, per libros X anthologiae Palatinae et I Planudeae dispersa, immo paene continua leguntur [4]). iam mihi considera hoc scholion codicis Palatini ad VII 339 adscriptum: *ἄδηλον, ἐπὶ τίνι τοῦτο γέγραπται, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Παλλαδᾶ ἐπιγράμμασιν εὑρέθη κείμενον· μή ποτε δὲ Λουκιανοῦ* [5]). ea si recte intellego, demonstrant Palladae extitisse conlectionem, qua et ipsius et aliena, in his praesertim Luciani sive Lucillii carmina continerentur, ut hinc ultro se offerret suspitio, versus illos huic auctori tribuendos esse, cum ipsi colore suo eam coniecturam quam maxime dissuadere viderentur ei, qui notam illam adiecit. pertinet VII 339, minime sepulcrale carmen, ad illud ipsum genus gnomicum atque erat in l. X recipiendum [6]). sane quidem non duorum sed sex versuum est, ut Palladas alia eius modi multa, in his quod supra notatum est sub n. 10, versus plures complexa nobis reliquit, quae in conlectionem illam recepta fuisse puto. hanc vero, ni fallit opinio, vel totam vel magna ex parte traduxit Agathias in cyclum suum, ad quem dudum

1) Cf. Engelii de quibusdam anthologiae graecae epigrammatis commentationem p. 10 sq.

2) Nam hunc, quamvis in S desit, translatum esse ex communi utriusque libri fonte docebunt ea quae infra afferam de lemmatis atque inscriptionibus codicis B.

3) Ordinem epigrammatum in S omnino simillimum esse ei qui invenitur in Palatino codice et Planudeo ostendit Finslerus l. c. p. 97.

4) Cf. X 29, 31, 37, 39, 61, 83, 85, 93, 98, 109, 112, 119, 125 126; intercedunt *ἄδηλα* satis multa generis eiusdem, quae inter duo illos poetas dispertienda esse videantur.

5) Planudes adnotavit *ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ*.

6) Hos errores, qui frequentes deprehenduntur in anthologia (cf. in eodem libro n. 623, 641, 703, alia) non iam, uti fieri solet et ipse aliquando feci (cf. Epigrammata graeca in muris picta duo p. 19 sq. not.), Cephalae imputo, nisi ita ut eum antiquiora errata propagavisse existimem; is enim homo quo minus talia novaret socordia sua impediebatur. id quibus indiciis commotus dicam, exemplis quibusdam infra demonstrabitur.

rettulerunt A. P. X 64—76, et eiusdem libri longe plura coniectura referri possunt [1]); et facile in Agathiae cycli libro V (cf. A. P. IV 3, 124 sqq.) sedem vicinam invenerant Pauli Silentiarii epigrammata duo illa, quae concludunt eam syllogae nostrae partem.

Secuntur carmina XIII, quae omnia leguntur in anthologiae Palatinae l. XI, in Planudeae l. II, excepto uno (16), quod Planudes in primum transtulit; sed intra hunc ordinem cernitur alia divisio; nam praecedunt potatoria tria, 13, 14, 15, secuntur scoptica decem a 16 usque ad 25. et in hac quoque parte saepius componuntur quae etiam in anthologiis Palatina et Planudea sibi finitima sunt, ut Cephalam pateat usum esse eodem amplo corpore, e quo syllogae SB deductae sint. est ubi in has coniuncta transierint, quae Cephalas disiecit vel disiecta accepit; A. P. XI 299, 301, 338 in B, ordine antiquo, ut videtur, servato, deinceps leguntur n. 19, 20, 21, primum cum lemmate *εἰς ὑβριστήν*, alterum *εἰς τὸ αὐτό*, tertium item *εἰς τὸ αὐτό*. neque iam cum Engelio l. c. p. 10 Cephalam reum agemus erroris vel incuriae, quod Lucillii epigramma A. P. XI 390 (cf. supra n. 25) gnomicis ereptum inter lusoria transposuerit, cum ex SB conligamus eum nil nisi adhaerere exemplo sibi proposito.

Succedunt oracula quattuor, nam 27 sive A. P. XIV 17, cum in SB utrimque oraculis circumdetur, et ipsum huic generi accenseo. et haec quidem carmina in Palatino codice late dissipata sunt, Planudeus eorum duo tantum habet, 26 in l. I, 29 in l. IV.

Ea excipiunt erotica IX numero, quorum quattuor priores femineo, dein quinque puerorum amori dedicantur [2]). et amatoria illa omnia in Planudis libro IV proxime coniuncta sunt, cetera, in his duo, quae ab utraque anthologia absunt, ex Stratonis Musa derivata esse supra observavi.

Ecloga subsequitur demonstrativorum epigrammatum, quae spectant omnia ad artis opera inlustranda, nisi quod de primo (39) dubitari potest; sed in Planudea quoque anthologia hoc carmen interponitur artium titulis. rursus carmina duo, 40, 41, quae in anthologia Palatina se excipiunt, hic quoque coniunguntur; ultimum eorum (43) in S male inter erotica delatum est.

Denique extra ordinem supplementi instar subiungit epitomator puerilis Musae carmen unum, quod supra spreverat.

In universa sylloga codicis S ne unum quidem ex poetarum nominibus comparet. quae tanta constantia abiecta sunt ut vel inscriptiones quaedam auctoris nomine omisso tamquam mutilatae legantur, veluti *εἰς τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον νικηφόρον*, apud Cramerum p. 291, 28, quocum cf. *εἰς τὸν νικηφόρον τὸν διδάσκαλον*, p. 305, 21; *εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα*, p. 329, 1; *εἰς τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον*, p. 329, 13; *εἴς τινα πάνυ μικρὸν κελευσθεὶς εἰπεῖν στίχον σχέδ[ι]ον*, p. 332, 18. quae ex parte certe nomini uni olim subiecta fuisse patet; nisi forte sub eodem omnia legebantur.

In B ad pauca quaedam ex christianis carmina nomen auctoris adiectum est. Theodori Prodromi supra bis invenimus in ecloga eadem codicis p. 138, sed hanc

1) Ex his satis apparet, quo modo Weigandii de scholio illo sententiam, quam explicavit in Museo Rhenano n. III 561 sq. et 565, corrigendam esse putem.

2) In 36 non inest quod ad pueros maxime spectet, sed ex sede ipsa, quam in SB tuetur, colligitur hos versus antiquitus inter *παιδικά* lectos esse; de 37 Piccolus l. c. p. 164 fallitur, ut observavit iam Woltersius l. c. p. 31, 2.

cognovimus aliunde petitam, non ex communi fonte syllogarum SB. itaque indidem translatum quod p. 180 inter 'Procli' *ἐπιστολιμαίους χαρακτῆρας*[1]) et Alexandri Aphrodisiensis Problemata intermissum legitur epigramma et in S deest *εἰς δακτύλιον ἔχοντα σφραγῖδα ἐρῶντας δύο καὶ ἀπὸ τῶν στέρνων αὐτῶν δύο δένδρα ἐκπεφυκότα καὶ εἰς ἕνα συγκορυφώμενα κόρυμβον*, addito in margine lemmate *τοῦ προδρόμου κυροῦ θεοδώρου τοῦ σοφιστοῦ.* edidit hos quoque versus Dutheilius in *Notices et Extraits* VIII 2, 194 ex codice Vat. 305[2]). restant inter Byzantina rarae auctorum memoriae, praeter unam omnes, si recte observavi, item additae carminibus, quibus S caret et quae inter opuscula ab S aliena locum habent. p. 147ᵛ et 162ᵛ iambi leguntur *τοῦ σοφωτάτου πρωτασηκρητις* (sic), quos Boissonadius Anecd. I p. 399 et 161 edidit ex B, simul indicis veteris, qui codici praefixus est, ope eruens nomen *Λέοντος Βαρδαλῆ πρωτοσηκρηταρίου.* idem homo nunc invenitur inter eos, ad quos Maximus Planudes litteras dedit[3]). p. 148 Manuelis Philae (*τοῦ φιλῆ*), cuius B plura habet sine nomine, extant iambi 12, qui incipiunt *θεὸς μετ' ἡμῶν οὐρανούς*, editi illi a Millero in Philae carminibus t. II p. 405. p. 163 legitur Georgii Pisidae amplum poema iambicum de vanitate vitae dudum evolgatum[4]), quod incipit *ἄνοιξον ἡμῖν τοῦ λογισμοῦ τὰς πύλας*, cum inscriptione *τοῦ σοφωτάτου κυροῦ γεωργίου τοῦ πισίδου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον· καὶ κατὰ ὑπερηφάνων. ἔμμετρα ἰαμβικά. τὸ πρόγραμμα πρὸς τὸν χριστόν.* secuntur p. 165 *ἕτεροι στίχοι ἡρωικοὶ εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν*, quorum primus est *ἄνδρες ἐγερσιγέλωτες ὅσοι βιοπαίγμονι τέφρῃ*, a Millero per errorem inter Philae carmina (II 384) recepti; Boivinus apud Bandurium eos iure adsignat eidem Georgio, cuius nomen a librario omissum esse ostendit titulus epigrammatis quod succedit p. 166 *εἰς τὸν ἐν βλαχέρναις ναόν· τοῦ αὐτοῦ.* edidit illud ex ipso B Ducangius in notis ad Zonarae t. II p. 65, unde repetierunt Bandurius in Imperio orient. I 177 et Fabricius in Bibl. gr. VIII 615 editionis Harlesianae; sine auctoris nomine legitur in A. P. I 120 mendis deformatum[5]). subiungi-

1) Cf. Hinckium *Jahrb. f. class. Philol.* a. 1869 p. 537 sqq., qui lectionibus cod. B usus est.

2) Theodoro Prodromo assignandos etiam crederes esse iambos p. 190ᵛ quibus inscriptum est *τοῦ αὐτοῦ ἐπίγραμμα εἰς τάφον* etc. et qui incipiunt *ἣν ἔσχον ἀντίληψιν.* sed e codice bibl. Bodleianae Clarkiano n. 16 (cf. Gaisfordii catalogum I p. 62 IV), in quem varia recepta sunt ex eodem libro, quo B usus est, conligo Theophylactum Bulgariae archiepiscopum indicari; cf. Fabricii Bibl. gr. VIII 669. antecedit in B tetrastichon hexametris inconditis scriptum *εἰς τέλος τῶν ἐν ἐπιτομῇ ἐξηγητικῶν τοῦ βουλγαρίας εἰς τὰς ιδ ἐπιστολὰς τοῦ μεγάλου παύλου*, quorum extremus est *ἤδη τέρμα κύρσαν ἐπιστολαὶ ἀνδρὸς ἀγανοῦ.*

3) Cf. Maximi monachi Planudis epist. ed. Max. Treu (1886) part. I p. 10; eadem epistula antea erat publicata a Piccolomino in *Estratti inediti dai codici greci*, qui ex *Annali delle Università Toscane* t. XVI seorsum editi sunt, p. 51 sq.

4) Primum edidit F. Morellius cum Hexaemero Georgii Parisiis a. 1584 (cf. Harlesium ad Fabricii Bibl. gr. VIII 614 m), saepius postea repetitum et ultimum recusum est inter cetera eiusdem auctoris scripta in Patrologiae a Mignio incuriose accuratae vol. XCII, post Chronicon Paschale p. 1582 sqq.

5) V. 3 in codice Palatino est

αὐτὴ γὰρ ἡ φέρουσα θεὸν ἐν ἀγκάλαις,

ego ex B enotavi *ἡ γὰρ φέρουσα τὸν θεὸν ταῖς ἀγκάλαις* (Ducangius edidit *τὸν θεὸν ἐν ἀγκάλαις*), et ita recte nunc impressum est cum in Georgii Pisidae editione novissima p. 1737 tum in anthologia Parisina. etiam ad v. 9 meliorem B quam codex Palatinus scripturam praebet, quam Ducangius corruperat, Boissonadius restituit.

tur idem quod in Palatino libro epigramma, longe emendatius scriptum[1]); lemmatis adiecti primum vocabulum *ἄλλοι* relicuum est, cetera bibliopegi culter dempsisse videtur; et eos quoque versus Pisidae esse intellectum est. p. 192 legitur '*τοῦ μεγάλου Βασιλείου*' distichon elegiacum, quod Boissonadius in Anecd. II 475 recepit. p. 213ᵛ incipiunt *στίχοι ἰγνατίου εἰς τὸν ἀδάμ*, ab eodem Anecd. I 436 sqq. editi et nuperrime ab C. F. Müllero in programmate Kiliensi de Ignatio Diacono scripto p. 28 sqq. repetiti.

Relicuum feci unum exemplum carminis christiani et in B et in S recepti ac simul nomine auctoris muniti; lamentatio elegis inconditis composita, quae legitur apud

1) Egregiis lectionibus, quas in his versibus B offert, cur editores Parisini ex parte tantum usi sint, aegre perspicio. receperunt ex B in v. 7 *λύτρωσιν* pro *βλύζουσιν*; quod ex interpretatione irrepsisse recte adnotant; at versum 9 dederunt secundum Palatinum sic

ὅσαι γάρ εἰσι τῶν παθῶν περιστάσεις,

quamquam eum melius scriptum legi in B *ὅσαι γάρ εἰσι προσβολαὶ παθημάτων* in commentario sero adgnoscunt addita observatione verissima 'accedat hic locus aliis non paucis, qui interpolationem codicis Palatini arguunt'. denique tacent lectionem optimam, qua v. ultimum ex B emendare licet, *θεὸν τεκοῦσα* pro *Χριστὸν τεκοῦσα.* eadem permutatione interpretando orta turpari puto versum 1 epigrammatis perboni et non post quintum sextumve saeculum scripti, quod ex codice Vaticano gr. n. 415, Basilii magni homilias continente, scripto saec. X, exsignavi; cum alibi non videatur editum esse, huc pono quale legitur codicis p. 426, non nisi interpunctione correcta

Στιχελεγεῖον εἰς τὸν ἅγιον πατέρα Βασίλειον

Λίσσεο χριστὸν βασίλειε, καὶ ἔνδια φάρμακα γαίῃ
αἰτήσας ὀδύνην παῦσον ὀρινομένων.
εἰρήνης δὲ γένοιτο μία τρίβος· ἐν γὰρ ἀκάνθαις
ἀτραπὸς εὐσεβίης καινοτόμοις ἐπάγη.
καρπὸς ἀληθείης ἔτι θαλέτω ἧς προμαχίζων
οὐκ ὀλίγους ἔτλης ἐν βιότῳ καμάτους.
παρθενικὴν δὲ ἱκέτευε θεητόκον, ὄφρα σὺν ὑμῖν
ἵλαος ἀντίῃ πρόδρομος ἱκεσίης,
λισσομένη θεὸν υἷα διχοστασίην μὲν ἐλαύνειν
ἐξ ἱερῶν ἀδύτων εἰς δὲ μίαν κεράσαι
πάντας ὁμοφροσύνην, καὶ πίστιος εἰς ἕνα κῶμον
κόσμον ἀολλίζειν καὶ χρόνον ἡσύχιον.

V. 1 pro *χριστόν* scribendum *θεόν*, monosyllabum, et *γαίῃ*, v. 2 *ὀρινομένην*, v. 5 *ἐπιθαλλέτω*, v. 7 *δ' ἱκέτευε* et *ἡμῖν*, v. 8 *ἀντήσῃ*, v. 9 *υἷα*, v. 10 *κεράσαι*, v. 12 *χορὸν ἡσύχιον*, nisi forte ultimum quoque vocabulum emendatione eget; verba eleganter disposita sic iungenda esse adparet: *καὶ ἀολλίζειν κόσμον εἰς ἕνα κῶμον πίστιος καὶ χορὸν ἡσύχιον*, ut supra v. 7 sq. *ὄφρα συναντήσῃ ἡμῖν ἵλαος*, v. 3 sq. *ἀτραπὸς ἐνεπάγη ἀκάνθαις.* de quibus potissimum dissidiis in ecclesia agitatis, Pelagianis an Nestorianis an Eutychianis poeta queratur, non ausim definire. fortasse tamen scripti sunt Iustiniano imperante, atque spectant ad huius conatus discidii ecclesiastici componendi, vel potius sub edictum Iustini II, quod et consilio et verbis conspirat, cf. Euagrii hist. eccl. V 4 ... *εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, φησὶν ὁ δεσπότης Χριστός, ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν θεός· εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, ὁ αὐτὸς κηρύττει πᾶσιν ἀνθρώποις. οὐκ ἄλλο δὲ τοῦτό ἐστιν ἢ τοὺς πιστεύοντας εἰς* (ὡς?) *αὐτὸν εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν συντρέχειν· ὁμοφρονοῦντας μὲν περὶ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν, ἀποστρεφομένους δὲ τοὺς τἀναντία λέγοντας ἢ δοξάζοντας.* et versus finem ... *προτρέπομεν ὑμᾶς ἅπαντας εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν συντρέχειν, μᾶλλον δὲ καὶ παρακαλοῦμεν. οὐ γὰρ ὀκνήσαιμεν, κἂν ἐν ὑπεροχῇ βασιλείας ἐσμέν, τοιούτοις χρήσασθαι ῥήμασιν ὑπὲρ τῆς τῶν χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης τε καὶ ἑνώσεως, ἐκ τοῦ μίαν ἁπάντων δοξολογίαν ἀναπέμπεσθαι τῷ μεγάλῳ θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· τοῦ δὲ λοιποῦ μηδένα προφασιζόμενον περὶ πρόσωπα ἢ συλλαβὰς ζυγομαχεῖν.*

Cramerum p. 334, 22 cum indice *ἐξομολόγησις*, invenitur in B p. 127 ita inscripta: *ἐξομολόγησις εἰς τὸν χριστὸν διὰ ἡρωελεγείων. τοῦ γεωμέτρου*[1]). sed id cum unum numero ingenti adversetur et praeterea in B hoc carmen et antecedant et subsequantur quae in S desint[2]), non satis valet ad convellendam ratiocinationis necessitatem; conligendum enim est ex eis quae attuli, carmina illa, quibus in B auctoris nomen additur, aliunde transscripta esse, non e communi fonte codicum SB, quae his utique caruit.

Contra florilegium illud ab SB usurpatum adscripta singulis carminibus habebat lemmata quibus a r g u m e n t a indicabantur. ea codicis S scriba, versus finem operis languescens, in parte postrema, quae vetustiora continet, tantum non omnia omisit, B praeter paucissima quaedam fideliter descripsit. nonnulla speciminis loco enoto, omnia congerere nihil attinet. ad epigramma illud quod supra indicatur n. 7, legitur *περὶ φίλων*, ad 8 *περὶ φυλακῆς μυστηρίων*, ad 8a *περὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος*, ad 8b *εἰς τὸ αὐτό*, ad 10 *περὶ τῆς εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον παρ*[*άπαν ἀθλιότητος*?], ad 11 *περὶ ἀρετῆς*, ad 12 *εἰς τὸ αὐτὸ*, ad 13 *πρὸς τοὺς κεχηνότας ἐν τοῖς παροῦσι*, ad 16 *παραίνεσις κοινή*, ad 18 *εἰς χωλὸν σκῶμμα*, ad 24 *εἰς τοὺς βρενθυομένους διὰ τούτων τῶν λέξεων καὶ σοφιστιῶντας*, ad 25 *εἰς ἔρωτα δεδεμένον πετρῷ* (sic, pro *πτερῷ*), ad 39 *εἰς ἄρχοντα*. in his non est conspicua cum codice Palatino consensio ac cognatio; nam et multo rariora is habet eiusmodi lemmata et omnino haec argumenta, nisi forte paucissimis quibusdam exceptis, non sunt ex antiquitate propagata[3]). nonnulla ex lemmatis codicis B obiter congruunt cum indicibus, quos Planudes epigrammatum catervis praefixit. sed dignum notatu est, etiam in his lemmatis vestigium cerni amplioris conlectionis, quae nisi eadem fuit, quam Planudes usurpavit, certe cum hac habuit cognationem proximam. ad n. 31 adscriptum est *εἰς*

1) Cramerus p. 265 scripsit: 'quatuor tantum omissi sunt hymni vulgo Ioanni Geometrae attributi [cf. Magn. bibl. vet. patr. t. XIV p. 439 sqq.], qui in codice poeticae huic farragini praefixi sunt; forsan et alia sunt, quae eidem auctori assignari debeant'. hoc igitur recte suspicatus erat. Boivinus quidem apud Bandurium l. c. p. 881 nescio quo iure et hymnum in deiparam qui sequitur et saepius cum *χαιρετισμοῖς* Geometrae impressus est (cf. Fabricii Bibl. gr. VIII 626 ed. Harl.) eidem adsignet et 'poematia et epigrammata XLVIII' quae hunc excipiunt dicat 'Ioannis Geometrae et aliorum'. sed canticorum metaphrases iambicas IX, quae apud Cramerum leguntur a p. 352 ad p. 365, referendas esse ad Geometram, scire Cramerus poterat ex Bandinii catalogo Bibl. Med. Laur. I 55 sqq, ubi descriptae sunt omnes ex Laur. plut. V cod. 37 p. 322^v sqq., qui eas exhibet cum indice *μετάφρασις τῶν ᾠδῶν ἀπὸ φωνῆς Ἰωάννου γεωμέτρου*. longum carmen elegiacum, quod Cramerus habet p. 287 sqq. incipiens *θυμὲ τάλας, τί πέπονθας*, cum eiusdem plane farinae sit ac lamentatio illa Geometrae, eidem versificatori pessimo restituendum videtur; item mutila carmina p. 314, 18 et p. 293, 24, quae a pentametris incipiunt, et, ni fallit coniectura, eorum quae subsecuntur certe pleraque. Ioannes denique ille, qui duorum poematiorum p. 316, 9 et 16 se auctorem profitetur, a Geometra non diversus est. ne multa, subiit aliquando animum opinio, omnia quotquot antiquiora antecedunt carmina Geometrae esse, eundem totam syllogen composuisse. sed hanc rem nunc in medio relinquo. interim persuasum habeo syllogen S non continere quae infra saec. X descendant (Nicephorus rex, ad quem scripta sunt carmina p. 290, 1 et p. 305, 1, est Nicephorus Phocas), cum B aliis aliunde admixtis usque ad Planudem et aequales deducat. itaque florilegium illud, quo SB usi sunt, circa Cephalae tempus conditum esse opinor.

2) Praecedunt commentariolus de aetatibus hominis (cf. Boissonadii Anecd. I 545), catalogus eorum qui in quaque arte excelluerint (cf. Crameri Anecd. Ox. IV 255 sq.), sequitur hymnus in deiparam supra commemoratus. ceteroquin v. Bandurium p. 880 sq.

3) De anthologiae Palatinae argumentis cf. Finslerum l. c. p. 157 sq. quaedam eorum christianismum prae se ferunt.

πραξιτέλη, recte; ad 32 *εἰς τὸν αὐτόν*, falso, nam nihil esse his versibus cum Praxitelis Cupidine quivis cito videt. at in anthologia Planudea item superscriptum est *εἰς τὸν αὐτόν*, *Ἔρωτα* scilicet, ad quem spectant ea quae proxime praecedunt. iam cum haec duo poematia etiam in S se excipiant et hinc ea iam in exemplo codicum SB se excepisse adpareat, id derivatum esse perspicitur ex archetypo locupletiore in quo quaedam alia ad Cupidinem pertinentia carmina interposita fuerint, ut in Planudea quae intercurrunt quattuor spectant omnia ad Amoris signa.

Superest, ut de eis dicam syllogae B epigrammatis vetustioribus, quae aliunde supervenerunt. in his, ut inter christiana carmina, item unum invenitur quod etiam in S extat. at enim et auctoris nomine instructum illud est in B, et tota ecloga, qua continetur, ab S abest, et, quod gravissimum, scripturis adeo discrepat, ut de fonte communi omnino cogitari non possit. dico Metrodori epigramma *παντοίην βιότοιο*, quod in S principem locum habet inter antiqua et apud Cramerum legitur p. 366, 4. et cum B carminum par notissimum et a librariis saepe repetitum, alterum Posidippi *ποίην τις βιότοιο*, alterum a Metrodoro parodice contra scriptum, ut A. P. IX 359 et 360 coniunctim receperit, S tantum modo secundum exhibet. in B priori praefixa inscriptio est *ἡρακλείτου τοῦ φιλοσόφου κατὰ τοῦ βίου*[1]), alteri *δημοκρίτου τοῦ φιλοσόφου τοὐναντίον*, Heracliti enim tristis et ridentis Democriti vultus exprimere haec contraria carmina hominibus Byzantinis videbantur; alterum in codice Palatino dicitur Posidippi sive Platonis comici, in Planudeo Posidippi sive Cratetis cynici, alterum Metrodori et in Palatino et in Planudeo.

Iam S repetit fere eam horum versuum scripturam, quae ex anthologia utraque volgata est, nonnisi minutiis quibusdam discrepantem, in quibus sunt bonae lectiones v. 6 *ἐλαφρότερος*, quae invenitur etiam in B, v. 10 *βίον*, ut anthologiae Planudea et Euphemiana habent. contra in B, praeterquam quod versus 2 interpolatione *καὶ ἀγαθαί* corruptus est et librarius v. 3 scribendo *ἐν δ' ἀγοραῖς καμάτων ἄλις* in Posidippi carmen aberravit, ita tamen ut verae scripturae particulam servaret[2]), nonnulla proponuntur graviter a vulgatis abhorrentia; atque est dissensio ea quae fere oriri soleat in versibus multum celebratis et varie usurpatis ac deflexis. est autem ubi B praestantiora praebere videatur. v. 7 habet egregie *τέκνα φάος*, volgo legitur *τέκνα πόθος*[3]), ubi *πόθος*

1) In cod. Paris. bibl. nat. n. 1191, saec. XIV, qui p. 72 et 72^v eadem carmina continet, superscriptum est *ἡρακλείτου τοῦ φιλοσόφου κατὰ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου*, et *δημοκρίτου φιλοσόφου τοὐναντίον*.

2) Pal. et Plan. cum Euphemiana *ἐν δ' ἀγροῖς φύσιος χάρις*, Posidippus compari loco *ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἄλις*. B etiam hic errore eodem *ἐν δ' ἀγοραῖς* habet. nihil dubito quin Metrodorus, qui Posidippi versus detorquens et diffingens singulis vocabulis litterisque quam artissime adhaesit, *ἄλις* retinuerit et modo substantivum mutaverit; eum scripsisse puto *ἐν δ' ἀγροῖς χαρίτων ἄλις*, unde ortum et *φύσιος χάρις* et quod in cod. Par. 1191 legitur *εἰν ἀγροῖς δὲ φορὰ χάρις*, utrumque bonum, at non genuinum. ac favet coniecturae meae imitatio Iuliani Aegyptii A. P. IX 446, 3 *ἀγρὸς τέρψιν ἄγει*. ceterum huius epigrammatis v. 4 inepte legitur *ἐκ δὲ γάμων οἶκος ὁμοφρονέει*, emendandum est *οἶκος εὐφρόσυνος*, cf. Metrodori v. 5 *ἔχεις γάμον· οἶκος ἄριστος ἔσσεται*, ubi *οἶκος ἀρεστός* Bothius, in *ἄριστος* recte offendens. fortasse praestat *ἐραστός*.

3) Enuntiatum vero totum ita *τέκνα πόθος, ἄφροντις ἄπαις βίος*. metri causa Bothius *κἄφροντις* scripsit, non melius versum sustentavit is a quo codicis Par. 1191 lectio profecta est *φάος γ' ἄφροντις*. expulit *ἄφροντις* nescio quod substantivum, quod a consonante incipiens melius respondebat vocabulo *πήρωσις* in

pro *ποθητά* recte dictum est eo usu qui cum alias non nusquam tum apud Nonnum invenitur Dionys. XLVII 332 *ἐγρομένη δ' οὐχ εὗρον ἐμὸν πόθον*, minus tamen adposite ad poetae sensum. iam *πόθος* accuratius consonat cum voce quae in c. 359 parem sedem habet *τέκνα πόνος* — ita enim cum B scribendum —, at vocabulum quod est *φάος* olim cum alio non minus accurate concinit, *τέκνα φόβος*, et ita legitur in cod. Par. 1191 (cf. supra p. 23 not. 1), qui in Posidippi versibus et ipse habet *τέκνα φάος*, et tam hoc quam illud gravius et nervosius dictum esse quivis facile sentit; minus valet ad probandum quod Iulianum Aegyptium A. P. IX 446, 5 sq. cum illa sic circumscribat *ἔρκος ἐτύχθη | πατρὶ τέκος, φροῦδος τοῖς ἀγόνοισι φόβος*, et *φόβος* et *φάος* legisse patet. v. 8 B habet *πολιαὶ δ' ἐς νόον εὐφυέες*, certe aptius quam quod vulgo editur *πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες*, ac legit illud etiam Iulianus v. 7 *πολιὴ φρένας οἶδεν ὀπάσσαι*. adversari quidem videtur exemplar Posidippi v. 8 *αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες*, sed fac eum scripsisse *αἱ πολιαὶ δ' ἐς πόνον ἀδρανέες*, et haec quoque consonant perfecte. desinit carmen v. 10 vulgo *πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίῳ*, in B vero ita *πάντα γὰρ εὔδιά σοι*, egregie; cf. Theocrit. XXII 22 *τὰ πρὸς πλόον εὔδια πάντα*. in Posidippi poematio clausulam interpolatam prodit dissensus qui est inter exemplar et parodiam non ferendus. cum enim ceteroquin oratio articulatim exaequata sit, in extremis carminibus ex editione novissima sibi haec respondent

> *ἦν ἄρα τοῖν δισσοῖν ἑνὸς αἵρεσις· ἢ τὸ γενέσθαι*
> *μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα γιγνόμενον.*
>
> *οὐκ ἀρὰ τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις· ἢ τὸ γενέσθαι*
> *μηδέποτ' ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίῳ.*

dubium mihi non est, quin Posidippi etiam carmen olim conclusum fuerit sententia brevi summam totius graviter comprehendente, quam Metrodorus eodem modo quo cetera inverterit. itaque non genuinam quidem clausulam, at genuinae similem servavit cod. Par. 1191

> *μηδέποτ' ἠποθανεῖν· τἄλλα γὰρ πάντα γέλως.*

ex quibus nescio an alii parodia Metrodori adiuti poetae manum restituturi sint [1]). ut simul complectar quas B in ceteris discrepantias graviores habet: v. 4 scriptum est *ἐν δὲ θαλάσσῃ | θαύματ'*, non inepte, sed melius volgo *κέρδος*, quod legit etiam Iulianus, qui v. 3 *κέρδος πλόος*; ad verba qui sunt in v. 6 *ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερος* manus eadem adscripsit in margine ex parte absciso *γρ. ζῇς δι ἐλευ*, h. e. *δι ἐλευθερίης*, quae sane minus accurate se adplicant ad Posidippi ea quae nosmet legimus pari sede v. 6 *ζῇς ἔτ' ἐρημότερος*, sed adplicuisse olim se accurate suspicor ad lectionem hanc *ζῇς δι' ἐρημοσύνης*. ceterum in *ζῇς ἔτ' ἐρημότερος* offendit *ἔτι*, cum poeta minime dicat solitarios vivere qui matrimonio utantur; cod. Paris. 1191 confirmat Brunckii correctionem *ζήσῃ*.

359, 7 quam *ἄφροντις* vel de quo cogitare possis *νήφροντις*. in Iuliani epigrammate respondent verba v. 6 *φροῦδος τοῖς ἀγόνοισι φόβος*, cf. v. 5 *τοῖς ἀγάμοις ἄφροντις ἀεὶ βίος*.

1) Addo omnem codicis Par. 1191 discrepantiam qualem ad Iacobsium enotavi. 359, 1 *ἀγορᾶ*. v. 4 *φόβος* pro *δέος*. v. 6 *ζήσῃ ἐρημότερον*. v. 7 *τέκνα φόβος*. v. 8 *ἀνδρανέες*. v. 9 *τῶν δισσῶν* et *αἵρεσις*. v. 10 v. supra. 360 v. 1 *τάμοι* et *ἦν*. v. 3 *ἄμπαυμ' εἰν ἀγροῖς δὲ φορὰ χάρις*. v. 5 *μόνος εἶ*. *ἔχεις γάμον*. v. 6 *ζῇς κἄνευ ὀδύνης*. v. 7 *τέκνα φάος γ' ἄφροντις*. v. 9 *δυῶν*, correctura ex *δισσῶν* factum, supra *ων* scriptum est *οιν* (utrobique *τοῖν δισσοῖν* reponendum). dein *αἵρεσις*. v. 10 *ἠποθανεῖν* et *βίω*.

Ad Metrodori carmen ut ad Posidippi Boissonadius enotavit ex B scripturae discrepantias, sed in utroque eis recte uti sive ipse nesciit sive is qui schedis eius usus hanc partem operis adornavit. in epigrammate Posidippi, 359, versus 7 sq. ita eduntur

> *τέκνα πόνοι, πήρωσις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες*
> *ἄφρονες, αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.*

B vero ita exhibet

> *τέκνα πόνος, πήρωσις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες*
> *ἀφραδέες, πολιαὶ δ' αὖ πάλιν ἀδρανῆες.*

in his cum *πόνος* praestat, quoniam singularis numerus requiritur, tum pentametri forma commendatur et acumine insigni oppositorum et exacta similitudine parodiae

> *αἱ νεότητες*
> *ῥωμαλέαι, πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.*

Denique haec restant carmina vetustiora, quae B seorsum ab S continet

Lucillii epigramma, quod legitur A. P. XI 389, interpositum est p. 192 inter Pythagorae versus aureos et iambos quosdam Byzantinos, quorum initia v. apud Bandurium; hos excipiunt Phocylidium carmen et gnomica quaedam excerpta. lemma adscriptum habet *εἰς πλούσιον ἄπληστον*, lectiones a Iacobsio nihil differunt.

Carmen Phocylidium et opuscula quaedam pedestri sermone scripta p. 195 problema arithmeticum A. P. XIV 2 sequitur cum lemmate *ἐπίγραμμα ἀριθμητικόν*. scripturae discrepantiam Boissonadius notavit, qua tenus usui est.

Subsecuntur deinceps

A. P. XIV 1, cui adscriptum *ἄλλο*. praeter bonam lectionem *φύσιος* in v. 6 B non nisi scribendi erroribus quibusdam discrepat. Boissonadius omisit hic mentionem codicis B.

A. P. XIV 12, cum solutione, cf. Boissonadium.

A. P. XIV 51, cum lemmate *ἄλλο εἰς ἀνδριάντας τρεῖς*, et adpicta solutione. in v. 3 Boissonadius debebat recipere lectionem *ὀκτὼ δ' ἐγὼ μνᾶς*.

A. P. XIV 13. in lemmate conspirant fere cod. Pal. et B, ut ex Boissonadii adnotatione videre licet, item v. 3 in vitiosa scriptura *τέταρτον*. v. 4 *μὴ προσευρήσεις*. accedit solutio.

A. P. XIV 7. v. 2 B *καὶ στόμα ἠδὲ θέναρ*, 'quod recepissem, ni displicuisset nimium hiatus'. leni correctione subveniendum scripturae optimae: *καὶ στόματ' ἠδὲ θέναρ*. cod. Pal. *στόμα καὶ θέναρ*, Plan. *στόμα σὺν δὲ θέναρ*, ille glossemate, hic interpolatione usus. cf. A. P. V 246, 4; 250, 6; 281, 6; 295, 1; IX 87, 6 (ubi codicis Palatini corrector et Planudes item singularem substituerunt); 187, 1, alia. v. 6 Salmasii coniectura *πόσαις* editoribus Parisinis recipienda fuit, quae confirmatur codicis B lectione *πόσα*. ceteroquin B hoc in epigrammate non nisi erroribus scribendi differt; solutione caret.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., *Seminarii Regii catechetici* exercitationes die Merc. h. II—III, *exegetici*, in quo selectos Nov. Test. locos explicandos proponet, die Lun. h. VI—VIII moderabitur. Privatim *tria priora Evangelia* quinis dd. h. IX—X interpretabitur; *Theologiam practicam* quinis dd. h. X—XI tradet.

IULIUS WAGENMANN, Dr., privatim *Historiae ecclesiasticae Partem I* leget quinis vel senis scholis hora VIII; *Dogmatum historiam* quinis scholis enarrabit hora VII; *Seminarii theologici exercitationes historicas* moderari perget die Veneris h. VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Theologiae dogmaticae* partem alteram quinquies h. XI. enarrabit.

HERMANN. FERDINAND. REUTER, Dr., privatim *Historiam ecclesiasticam medii aevi inde a Carolo Magno* enarrabit sexies h. VIII; privatissime *exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur* die Iovis h. V.

